Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 43

, 76.

Eruditum de jure nat. et gent. ꝛnd de Officio hominis et civis in deutschen Provinzen gemarkt. Im 7ten Band sind den 3ten Theil eine Entstehung ꝛnd den Inhalt dieses Manuskripts folgende Nachricht gegeben: Has viri clarissimi perillustris D. D. Joannis Wilhelmi Lib. Bar. de Knorr Augustiss. Carolo VI. quondam a consiliis Imperii aulicis eruditissimas Annotationes, opus omnis generis doctrina refertissimum, ipsis, in quos Scriptum est libris longe celebrius, quo Samuelem Pufendorf, famosum scriptorem Lutheranum, Ecclesiam et Imperium venenatis dogmatis et calumnis foedan lem persequitur, castigat, emendat; typis hucusque non excusum, neque ob vastitatem et pretium unquam forte procudendum; plurimorum idcirco manibus avidi us exscriptum; nec obscuri propterea Bibliothecæ cimelii, nunc Vol. VII. pro opportunitate impetratum, in quo praecipue jus Sacrorum legitimis vindicatur manibus, cum reliquis solicite comparandis. D. D. D. filii obedientissimi conventus Seittenstettensis.

Cod. XLIII.

membran. Fol. Soc. 14. 1. 4. 8.

Aristotelis Libri X Ethicorum.

Aristotelis Libri X Ethicorum idiomate latino cum annotationibus interlinearibus et in margine. Versiones horum librorum Moralium latinas plures adfert Fabr. Bibl. græca lib. 3. p. 133.; nostra cujus sit, definire non possum. Contuli eam cum editionibus: Paris. 1634. ex interpret. Dion. Lambini; cum Romana 1473. per Conr. Schweinheym et Arn. Panartz; et cum Veneta per Andr. de Asula 1483. atque postremo maxime conformem deprehendi. Finitur codex noster cum transitione ad libros Politicorum Aristotelis ita: "Considerationis ergo his "forte utique magis conspiciemus et qualis politia

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 43

, 77.

" optima et qualiter unaquaque ordinata sit et quibus
" legibus et consuetudinibus utens. dicamus ergo incipien
" tes".

" Explicit liber Ethicorum".

De Aristotele vide Bayl Diction. historique et
critiq. Fabric. loc. cit. pag. 107.

Cod. XLIV. deest

membran. Fol. Sec. 14.

1.
H.G.

Rasis Abuberti scripta me dica.

Abuberti, seu ut codex noster, Abubecri Rasis opera medica, ex Arabico in latinum idioma a Gerardo Cremonensi translata. Ordo librorum est sequens: 1mo Decem libri ad Manforem de re medica cum additionibus Gerardi cremonensis, quae lineis rubris in Ms. nostro cinguntur, et nonnullis aliis ab Anonymo quodam in margine appositis additamentis. Titulus est: "Abubecri Rasis filii Zacarie liber in-
" cipit translatus a magistro girardo cremonensi
" in toleto de arabico in latinum. qui ab eo manso-
" ris vocatus est. eo quod regis mansoris ysaac filii pre-
" cepto editus sit. Verba abubecri". Prefatio incipit:
" In hoc meo libro. regi cui vitam prolongat Deus. agre-
" gabo summas et agregaciones et flores doctrine medici-
" nalis. et hoc faciam compendiose". Libro 4to, cap. 8. De Significat. malor. preced. in margine nota habentur hae inscriptione. Secreta ypocratis, in quarum fine legitur: Explicciunt inventa in capsa eb nec in sepulchro ypocratis.

2do Liber divisionum hoc titulo: "Liber divisionis trans-
" latus a magistro girardo cremonensi in toleto de arabi-
" co in latinum. Verba abubechri filii Zachariae arazi".
" Incipit: Ventilata fuit in presentia cujusdam probi
" viri". ek. Notandum hic, ea, quae in edit. Basil. 1544. a pag. 446. – 450. seu a dimidio cap. 85. – 92. desunt, et in prioribus editionibus plane omissa sunt,

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 43

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=1740

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)